Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

lore pudoris inviolati necarentur. Pene non levius
bellum in Italia quam Hannibal moverunt. Nam
multis ducibus et duobus simul Romanorum consulibus
victis, sexaginta ferme milium armatorum exercitum
congregaverunt. Victique sunt in Apulia a Marco
Licinio Crasso proconsule. Et post multas cala-
mitates Italie tercio anno bello huic finis impo-
Sexcentesimo octogesimo [primo] situs.
primo anno urbis condite, Publio Cornelio [Lentulo et Gn. Aufidio Oreste] con-
sulibus duo tantum gravia bella in imperio Romano e-
rant, Mitridaticum et Macedonicum. Hec duo
Luculli agebant, Lucius Lucullus et Marcus
Lucullus. Lucius ergo Lucullus post pugnam Cizenam, [am]
qua vicerat Mitridatem, et navalem qua duces [datem]
eius oppresserat, persecutus est eum et recepta Pafla- [&]
gonia atque Bythinia etiam regnum eius invasit,
Sinopen et Amisson civitates Ponti nobilis-
simas cepit. Secundo prelio apud Gabiram civita-
tem, quo ingentes copias ex omni regno adduxe-
rat Mitridates, cum xxx lectissima regis a Ro-
manorum militibus vastata essent, Mitridates fuga-
tus et castra eius direpta. Armenia quoque minor